

buisset. | Hinc etiam factum est, ut mensores nos Portuenses, | quib. vetus fuit cum caudicariis diuturnumq. | luctamen, voti compotes abiremus, ut utrumq. | corpus et beneficio se et victoria gratuletur | adfectum; nam ut hoc esset indicio, iam posito | magistratu statuum patrono praestantis|simo testimonium gratulationis exsolvimus, | cum res non adulatione, privato, set iudicio, posito in otio et quiete, reddatur. (*In latere*) dedicata VIII kal. | Sept. Fl. | Timasio et Fl. Promoto | vv. cc. cons.³

Romae olim in insula Tiberina, nunc in museo Vaticano (VI 1759). — 1) A. 585, quo anno memoratur Celsus caudicarius fori urbanae praefecturae a Symmacho rel. 23. — 2) Ad praefecturam annonariam eius pertinent tituli Portuenses XIV 158. 159. 175. Eiusdem est praeterea titulus X 4560. — 3) A. 589.

1273 domini nostri invictissimi et venerabiles | ac perpetui Augusti Theodosius et | Arcadius¹ toto orbe victores | Materno Cynegio² omnium virtutum viro et ad insignem laudem gloriamque progenito, per | omnes honorum gradus meritorum con|templatione provento, praefecto | praetorio per Orientem, statuum | civili habitu ad petitem primorum nobilissim[e]³ | Alexandrinae urbis in eadem splendida | urbe ad perpetuitatis famam loco cele|berrimo constitui collocarique iusserunt | per clarissimos Alexandrinae civitatis.

Alexandriae Aegypti (III 49 = III S. 6587 ad exempla duo facta saec. XVIII). — 1) Cf. not. 2. — 2) Hic est Cynegius praefectus praetorio Orientis, qui iussu Theodosii per Aegyptum templa clausit (fasti Idat. sub a. 588; Idat. chron. a. 588; Zosimus 4, 57—45), et ad quem non pauca rescripta a. 584—589 leguntur in codice Theodosiano (quem tamen defunctum anno 588 tradunt fasti Idatiani). Consul ordinarius fuit a. 588, qui honor cum non memoretur, ante hunc annum titulum positum esse crediderim; offendit tamen mentio omissa Valentiniani iunioris occisi anno demum 592. — 3) nobilissimi traditur.

1274 Cronio Eusebio v. c., | consulari Aemiliae addita | praedictae provinciae contuitu | vigilantiae et iustitiae eius | etiam Ravennatum civitate quae | antea Piceni caput provinciae | videbatur, vicario Italiae, quae | potestas supra dicto viro ob testi|monium ante acti honoris est | adtributa, petitione senatus, | contemplatione vitae atque | eloquentiae eius ab invictissimis | principibus est delata. (*Infra*) [Ἰτα]λίης ἄρχοντα σαό[π]τολιν ἐστ[ή]σαντο βου[λή] κ[α]ὶ βασι[λ]εὺς τὸν σορὸν Εὐσέβιον. (*In latere*) dedicata | V idus Novemb. | cons. Fl. Mallio | Theodoro v. c.¹

Romae (VI 1715, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1075, descripta saec. XV, fortasse semel tantum). — 1) A. 599.

1275 Fl. Peregrino Saturnino | a primis adulescentiae suae annis | pace belloque in republica desu|danti, post iuges excubias militiae | tribuno militum¹, comiti ordinis | primi, moderanti inlustrem sacri² | patrimonii comitivam³, secundo urbi | praefecto⁴, cui ob testimonium morum, | integritatis adque iustitiae | singularis, inlustre urbanae | praefecturae geminam dignitatem | sacro iudicio aeterni principes | detulerunt meritorum-